



## **Corpus Juris Canonici**

**Gregor <XIII., Papst>**

**M. DC. LXI. Coloniae Munatianaee, 1661**

3 Quærere iudicium nunquam debes alienum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62953](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62953)

QVÆSTIO II.

Quid autem queritur, si Episcopus in accusationem accusatorem vertere voluerit, an sua simpliciter assertione fides sit adhibenda, facit scriptura, si sanctorum Patrum auctoritas diligenter inspicatur. Primum sancti Patres definiunt, nullius a persona quantumlibet exercitate confessionis fides est adhibenda, nisi competentis probationis adhibeat.

C. I. Episcopus alicui crimen obijcit, in synodo probet, quod obijcit. Unde in Carthaginiensi concilio IV. c. 29. legitur.

Episcopus si clerico, vel laico crimen impenderit, deducatur ad probationem in synodum.

Sed obijcit. Si se solum alicui sceleris confesum noverit, probare illud testibus non valet. Quid ergo tunc sibi faciendum sit, ex concilio Valencensi I. c. 2. sic diffinitur.

C. II. Episcopus non proferat, quod probare non potest.

Si tantum Episcopus alicui sceleris se confesum noverit, quamdiu probare non potest, nihil proferat, sed cum ipso ad compunctionem eius sceleris correptionibus elaboret. Quod si forte correptus pertinacior fuerit, & se communioni publice ingesserit, etiam si Episcopus in redarguendo illo, quem reum judicavit, probatione deficiat, indennatus i. licet ab illis, qui nihil sciunt, secedere ad tempus pro persona majoris auctoritatis jubebatur: ille tamen, quamdiu nihil probari potest, in communione omnium, praterquam ejus, qui cum reum judicat, permanebit.

I. Indennatus i. Inoriginali legitur, indennatus licet, ab his, qui nihil sciunt, secedere ad tempus pro persona majoris auctoritatis jubebatur, illo, quamdiu probari nihil potest, in communione omnium, praterquam ejus, qui cum reum judicat, permanente.

C. III. De Episcopo, qui sibi soli dicit aliquem crimen suum fuisse confessum.

Item ex concilio Africano c. cap. 99. & 100.

Placuit ut si quando Episcopus dicit aliquem sibi soli proprium crimen fuisse confessum, atque ille neget, non putet ad injuriam suam Episcopus pertinere, quod illi soli non creditur. Et si scrupulo proprio conscientie se dicit neganti nolle communicare, quamdiu excommunicato non communicaverit, suus Episcopus, eidem Episcopo ab aliis non communicetur Episcopia, ut magis caveat Episcopus, ne dicat in quenquam, quod aliis documentis convincere non potest.

Communicare i. Sic in Carthaginiensi VII. cap. 1. cui ad verbum respondet hoc capit. In Africano autem, hic sequitur, secedet tamen si interdicit ei communionem, donec obtemperet: quemadmodum & apud Burchardum. Sequentia autem verba, Quamdiu, &c. sunt initium capituli censentini.

QVÆSTIO III.

Validum vero Archiepiscopi alterius provincie alicui expetere non licet.

C. I. Alterius parochianum alicui judicare non licet. Unde Gregorius ait respons. 9. ad Augustinum Anglorum Episcopum.

Scriptum est in lege, g. Per alienam messem transiens, falcem mittere non debet, sed manus suas conterere, & man-

a 31. q. 6. c. ult. b Ivo p. s. cap. 364. c & Carthag. 7. cap. 5. d Burch. l. 2. c. 227. Ivo p. s. c. 363. e neget. & p. mittere mittere non putet. Et. Africanum. f alicui ab aliquo exemplaribus. g Deut. 23.

duare. J. Falcem ergo iudici vultuere non potest, neque segetem, quæ alteri videtur esse commissa: sed per segetem non operis frumenta Dominica viliorum locorum paleis expolia, & in ecclesie corpus mpendendo, & peditendo, quasi mandando, convertit.

C. II. Quæ civitates unaqueque provincie habeat. Item Pelagius Papa II. epist. 1. c. omnino Episcopus.

Civitate. b. certam provinciam esse, quæ habet decem aut undecim civitates, & unum regem, & totidem minores potestates sub se, & unum metropolitanum, aliosque suffraganeos d. x. vel xi. Episcopos iudicis: quorum iudicium omnes causæ Episcoporum, & quorum sacerdotum, ac civitatum referantur, ut ab omnibus iuste, consona voce discernantur, nulli forem auctoritatem fuerit ab illis, qui iudicandi sunt, appellatum. Unde non oportet ut degradetur, vel deponatur unaquæque provincia, sed apud semetipsos habeat iudices, sacerdotes, & Episcopos, singulosque ceter secundum ordines suos, & quicunque causam habuerit, a suis iudicibus iudicetur, & non ab alienis, nisi est, a iustis iudicibus provincia, & non ab externis nisi (ut jam est prælibatum,) a iudicandis & fuerit appellatum.

C. III. Non aliarum, sed Primatus sui provincie quisque se subiciat Episcopo. Item Nicolaus Papa.

Denique Suffraganeus b. sitale in se crimen noverit, recte possit Episcopatum privari, vel infirmari sententia forsan prægravari, quæ impeditur auctoritate proximi sui prælatione procedit, Primatus habuerit, & non aliorum directores Antistitum, vel aliorum iudicium. Quod si fuerit ambiguitas, vel aliorum iudicium super ejus excommunicatione, vel Episcopatus excommunicatione oborta fuerit contentio, ex more ad aliam eam sedem referri conveniat, & nostram in his causis debuerant cuncti decreta penitus expectare. Quod omnium i. hactenus dolemus, dilectissimum antistitem vestram vehementer efflagito, ut jam dictum adus Episcopus proprio restituatur Episcopo: & si reprehensione dignum gessit, postea vel correctione digna animadversione deficiat.

Omissum i. Locus hic emendatus est ex primis Gratiani codicibus. Est tamen casus, in quo Episcopus alterius parochianum muniere valet.

C. IV. Quando Episcopus alterius parochianum excommunicare valet. Unde in concilio apud Compendium, cap. 1.

Placuit pro communi utilitate, & instanti necessitate, ut nullus Episcoporum graviter fuerit excommunicatum pro depraedationis causa alter Episcopum communicaverit.

C. V. De eodem. FALEA. Item ex concilio Meldensi, c. 2.

DE & illis autem, qui intra parochiam beatissimi rochiani sunt, & de loco ad locum iter faciunt, & de depraedationibus peragunt, placuit, ut ea-

a Affectum. b Poly. l. 5. tit. 1. Ang. l. 6. c. 1. cap. 24. c Episcopum. d suffraganeus. e decernatur. f al. externus. g al. iudicatus. h. v. finit. 30. cap. 13. i Burchard. l. 1. c. 17. Ivo p. s. c. 363. k Extra. de rapt. cap. 1. Burchard. l. 1. c. 17. cap. 109.

nicentur, nec ante ex potestate eant, quam, qua perpetrantur, dignè emendent. Quorum excommunicatio ius iuratum, & proprio Episcopo significanda est, ne eos recipiat, a. antequam illuc redeant, ubi rapinam fecerunt, & ibi omnia pleniter emendent.

QUESTIO IV.

Porò cuius iudicium sibi expendam sit, si iudices electi inter se discordare coeperint, in concilio Antiocheno, cap. 14. sic inueniunt distinctionem.

C. I. §. Quis sit ferenda sententia, quando comprovinciales Episcopi discor-

Sicut quis Episcopus criminaliter d. in iudicio Episcoporum fuerit accusatus, contingat autem Episcopos provincie, qui conveniant, diversas habere sententias, & alios quidem innocentem cum pronunciant, alios reum, propter huiusmodi controuersiam amparandam placuit hunc modum iudicium Episcoporum provincie vicinis advocari, & aliquantos cum eo Episcopos alios, qui pariter residentes, quacunque fuerint, dirimant quaestiones: propter hoc, ut firmum sit iudicium, quod ab unus provincie Episcopis fuerit promulgatum.

Capit. hoc in multis editionibus uetusit Gratiani exemplaribus citatur ex concilio Laodiceno. In non tam per antiquum est ex concilio Antiocheno, in quo etiam extat, sic est antiqua versio.

Metropolitanum. Gratianus exemplar hic ualde diffinit ab hac versione. Nam ex his uerbis colligitur concilium minus provincie, in quo necesse est adesse proprium metropolitanum, posse ad eorum vicinis provincie metropolitanum, cum aliquot Episcopis. Quod Martinus etiam Braconensis in sequenti capite, quod ex concilio Antiocheno accepit, confirmat: Graeci uero locum istum habent: ἰδίῃ τῷ ἀρχιεπίσκοπῳ τῆς ἐκκλησίας ἐπιτοκῆσαι τῶν ἐπισκοπῶν ἀλλοτρίων, καὶ τῶν ἐπισκοπῶν τῆς ἐκκλησίας τῆς ἐξουσίας τῆς ἐπίσκοπῶν. Quod Divus Iohannes, quem admodum etiam est in codice canonum, sic uerit: Sancta synodus placuit, ut metropolitanus Episcopus a vicinis provincie iudices alios convocet, qui controuersiam tollant, ut per eos simul, & per comprovinciales Episcopos, quod iustum uisum fuerit, approbetur. Ad hanc, quod metropolitanus ad alterum metropolitanum uocationem debeat venire, atq; in eodem concilio duo metropolitanis futuri essent, non uidentur conuenire.

C. II. §. Quando iudices electi de sententia inter se discordantes existant, de vicina provincia Archiepiscopus ad uocetur.

Item ex concilio Martini Papae c. [id est] Episcopi Braconensis.

Sicut quis Episcopus in aliquibus causationibus iudicatur, & uideri ipsos Episcopos, qui in provincia sua sunt, inter se iudicio discrepare, & alii uideantur eum, qui ius ius diffinitionis, hoc placuit sancto concilio, ut te provincia vicinia alter metropolitanus conuocetur Episcopus, ut per eum confirmetur, quod secundum iudicium placuerit canonem.

Nisi eorum provincia primatus habuerit, ad quem negotia, qua per metropolitanum terminari non ualent, referenda sunt.

a. d. recipitur. b. al. nactus. c. Burch. l. i. c. 120. l. v. p. 3. cap. 15. d. al. de aliquibus causis criminalibus. e. in capitulo 5mo. Grat. cap. 13.

C. III. §. Primatus deferantur negotia, qua metropolitanae explicare non ualent.

Unde Bonifacius Papa, Episcopus i. Gallia. Si a inter Episcopos ejusdem concilii dubitatio emerſerit de ecclesiastico iure, vel de aliis negotiis, primum metropolitanus eorum cum aliis in concilio considerans rem diiudicat, & si non acquiescat utraque pars iudicatis, tunc Primas regionis inter ipsos audiat, & quod ecclesiasticis canonibus, & legibus ueſtris consentaneum sit, hoc definit, & nulla pars calculo ejus ualeat contradicere.

Episcopis] Sic est emendatum ex aliquo uetusto codicibus, Barchardo, Toone & Polycarpo: Antea erat, populis. Similiter uero huic capite leguntur Novella 123. cap. 24. apud Iulianum antecessorem.

C. IV. §. De eodem. PALEA. [Item Alexander Papa.]

Si metropolitanus à quocunque, com provinciali Episcopo i in causa propria appellatus eum audire distulerit, in proxima synodo negotii sui habeat licentiam exerceendi, & quicquid per eum iustitiam à com provincialibus suis fuerit statutum, debet custodiri.

Episcopo] Barchardus & Ivo addunt, bis fuerit in causa, &c. Sed si omnium com provincialium concordi sententia fuerit damnatus, manebit erga eum inuocabili censura.

C. V. §. Episcopus, qui ab Episcopo sua provincia comfirmata sententia reuertitur, ab alio iudicari non poterit.

Unde in Antiocheno concilio, cap. 15. legitur.

Si quis Episcopus criminaliter accusatus ab omnibus, qui sunt intra provinciam, Episcopus, acciperit d. unam, conformemq; sententiam, ab aliis ulterius iudicari non poterit, sed manere circa eum oportet tanquam conuenientem, quae ab omnibus prolata est, firmam, ratamque sententiam.

Subintelligendum uero est, nisi ad iudicem majori auctoritate fuerit procedatum. Tunc enim per appellationem sententia firmitatem non obtinet.

C. VI. §. Semel definitum retractari non licet, nisi ubi maior auctoritas fuerit.

Unde Nicolaus Papa ait in ep. ad Carolum regem, casus instituit, [Nataquam delictum] generat.

Quid e bene semel definitum est, & interpositis iuramentis deliberatum, nulla debet iteratione, nisi fortassis ubi fuerit maior auctoritas retractari.

C. VII. §. In reuocatione iudicii, B. Petri memoria est habenda.

Item ex concilio Sardicensi, c. 4. Sicut f Episcopus dicit: Quod si aliquis Episcopus ad iudicium fuerit in aliqua causa, & putat se bonam causam habere, ut itequum iudicium renouetur, si uobis placet, sancti Petri Apostoli memoriam honoremus, ut scribitur uel ab his, qui examinauerunt, uel etiam ab aliis Episcopis, qui in provincia proxima morantur, Romano Episcopo. Et si iudicaverit renouandam esse iudicium, renouetur, & detur iudicium. Si autem probauerit talem causam, & detur iudicium. Si autem fuerit, quae decreuerit Romanus Episcopus, confirmata erunt. Si hoc ergo omnibus placet, statuetur: synodus respondit: Placet.

a. Polyb. lib. 3. tit. 14. Burch. l. i. cap. 17. l. v. p. 3. c. 149. Plann. l. 4. cap. 22. b. Barchard. lib. 1. c. 19. l. v. p. 3. cap. 269. c. al. propter. d. al. excepit. e. Burch. l. 1. cap. 27. Nicol. Episcopi quo in Concilio non conueniunt. f. Anselm. lib. 2. cap. 77. g. p. uol. dicitur in Graecis.